saul aspiciebat dauid: a die illa ⁊ deinceps. Post diem aũt alterã iuasit spũs dei mal⁹ saul. ⁊ ꝓphetabat in medio domus sue. Dauid autē psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebatq; saul lanceã ⁊ misit eam: putans ꝙ configere posset dauid cũ pariete. Et declinauit dauid a facie eius secũdo. Et timuit saul dauid. eo ꝙ eẽt dñs cũ eo ⁊ a se recessisset. Amouit ḡ eũ saul a se: ⁊ fecit eũ tribunũ sup mille viros Et egrediebat̃ et ĩtrabat ĩ ꝯspectu ppli. In oĩbꝰ q̊ꝫ viis suis dauid prudẽter agebat. ⁊ dñs erat cũ eo. Vidit itaq; saul ꝙ prudens esset nimis ⁊ cepit cauere eũ. Oĩs aũt israel ⁊ iuda diligebat dauid. Ipse autẽ ingrediebat̃ ⁊ egrediebat̃ ante eos. Dixitq; saul ad dauid: Ecce filia mea maior merob. ipsam dabo tibi vxorem: tm̃modo esto vir fortis ⁊ ꝓliare bella dñi. Saul aũt reputabat dicens: Non sit manus mea in eo: ſꝫ sit sup eũ man⁹ philistinoꝝ. Ait aũt dauid ad saul: Quis ego sum. aut q̃ est vita mea. aut cognatio patris mei in isrl': vt fiam gener regis? Factũ ẽ aũt tempus cũ deberet dari merob filia saul dauid: data est hadrieli molathite vxor. Dilexit autem dauid michol filiã saul alterã. Et nũciatũ ẽ saul: ⁊ placuit ei. Dixitq; saul: Dabo eã illi ut fiat ei ĩ scandalũ. ⁊ sit sup eũ manus philistinorũ. Dixitq; saul ad dauid: In duabus gener me⁹ eris hodie. Et mãdauit saul ꝟuis suis: Loquimĩ ad dauid clam me dicẽtes. Ecce places regi. ⁊ oẽs serui ei⁹ diligũt te. Nũc ḡ esto gener regis. Et locuti sũt ꝟui saul ĩ auribꝰ dauid oĩa verba hec. Et ait dauid: Nũ parũ videtur vobis generũ esse regis? Ego aũt sũ vir pauper et tenuis. Et renũciauerunt ꝟui saul. dicentes: Huiuscemõi ꝟba locut⁹ est dauid. Dixit aũt saul: Sic loquimĩ ad dauid. Non hꝫ rex sponsalia necesse nisi tm̃ centũ ꝓputia philistinoꝝ. vt fiat vltio de ĩimicis regis Porro saul cogitabat dauid tradere ĩ man⁹ philistinorũ. Cumq; renũciassent serui eius dauid

verba que dixerat saul. placuit sermo in oculis dauid vt fieret gener regis. Et p⁹ paucos dies surgens dauid. abiit in accharon cuꝫ viris q̊ sub eo erant ⁊ ꝑcussit ex philistiim ducẽtos viros. ⁊ attulit eorũ ꝓputia ⁊ ãnumerauit ea regi: vt esset gener ei⁹. Dedit itaq; saul ei michol' filiam suam vxorẽ. Et vidit saul. ⁊ ĩtellexit ꝙ dñs esset cũ dauid. Michol aũt filia saul diligebat euꝫ. Et saul magis cepit timere dauid. Factusq; ẽ saul ĩimic⁹ dauid cũctis diebꝰ. Et egressi sunt ꝑncipes philistinoꝝ. A ꝑncipio aũt egressionis eoꝝ. prudẽtius se gerebat dauid q̃ꝫ omnes viri saul. ⁊ celebre factum est nomen eius nimis.

XIX

Locutus est autẽ saul ad ionathan filiuꝫ suũ ⁊ ad oẽs seruos suos ut occiderẽt dauid. Porro ionathas filius saul diligebat dauid valde. Et ĩdicauit ionathas dauid dicens: Querit saul pater me⁹ occidere te. Quaꝓpter obꟊua te queso mane. ⁊ manebis clam et absconderis. Ego autem egrediens stabo iuxta patrẽ meũ ĩ agro vbicunq; fuerit. ⁊ ego loq̃r de te ad patrem meũ ⁊ q̊dcũq; videro nũciabo tibi. Locutus ẽ ḡ ionathas de dauid bona ad saul patrẽ suũ. Dixitq; ad eum: Ne pecces rex in seruũ tuũ dauid: q: nõ peccauit tibi. ⁊ opa eius bona sunt tibi valde. ⁊ posuit aĩaꝫ suã in manu tua ⁊ percussit philisteũ. ⁊ fecit dñs salutem magnã vniuerso israeli. Vidisti. ⁊ letat⁹ es Quare ergo peccas in sanguine ĩnoxio interficiens dauid qui est absq; culpa? Qđ cũ audisset saul: placat⁹ voce ionathe iurauit. Viuit dñs: q: non occidet̃. Uocauit itaq; ionathas dauid. ⁊ indicauit ei oĩa verba hec. Et introduxit ionathas dauid ad saul. ⁊ fuit ante eũ sic̃ erat heri ⁊ nudiustertius. Motũ est aũt rursũ belluꝫ. ⁊ egressus dauid pugnauit aduersũ philistiim: ꝑcussitq; eos plaga magna. ⁊ fugerũt a facie eius Et factus ẽ spũs dñi malus in saul. Sedebat aũt in domo sua. ⁊ tenebat lanceaꝫ. Porro